



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

XVII. De justa compensatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)

rand. Anell. Fraxinel. Vide item Cardinal. Delugo, diff. 19. num. 259. ubi multos citat; denique Urbani decretum, de quo supra, rem istam definit.

CAPUT XVI.

De Religiosis ejectis.

IESUITÆ docent, ejectum ex sua Religione, non teneri emendare suos mores, ut denuo admittatur, nec amplius Obedientiæ voto constringi.

REFELLITUR.

EQuidem Navarrus *consil. 51. de regular. & commentar. 2. num. 33. & 36.* censet, ejectum per sententiam definitivam & absolutam, non teneri ad reditum, nec posse compelli per Superiorem Monasterii, ut redeat; quia, inquit, per sententiam illam, Religiosus definit esse membrum illius Ordinis, ac proinde eximitur ejus jurisdictioni; interpretatur autem *cap. ult. de regul. de ejectis* in iustè & inordinatè, & non per sententiam definitivam; docet etiam, non teneri emendare sese, ut sit habilis ad reditum; quod ita intelligendum est, non quidem quod non teneatur corrigere mores suos, quatenus ad peccandum ipsum inclinant, omnes enim ad hoc tenentur, sed quatenus illum ad tale institutum religionis minùs habilem reddunt; videri possunt alii apud Dianam *tom. 2. tract. 2. resol. 60.*

Communis tamen & verior est sententia, ejectum teneri se corrigere, ac redire, quoties à Religione revocatur, eumque obstrictum manere tribus votis essentialibus Religionis; ita Lessius *lib. 2. cap. 41. num. 111.* D. Bonavent. *quest. 2. in Regul. S. Francis. Sylvest. v. religio 6. quest. 12.* Sà v. *relig. num. 40.* Sanch. *lib. 6. in Decalog. cap. 9. num. 25.* L. ym. *lib. 4. tract. 5. cap. 13. num. 6.* Socus *lib. 7. quest. 1. art. 1.* Atragon. *2. 2. quest. 88. art. 3.* Philarc. *tom. 1. p. 2. lib. 2. cap. 21.* Mirand. *tom. 1. quest. 52. art. 3. &c.* Quid plura, præter constitutionem Gregorii X. latam in Concilio Lugdunensi, habemus decretum de Apostatis fugitivis & ejectis, autoritate Urbani VIII. firmatum, ut videre est in Bullario, *constit. 26.* Urbani, quod prædictam Gregorii constitutionem innovat, explicat, ampliat, &c. additis poenis in eos, qui contra tale decretum aliquid moliri præsumperint.

CAPUT XVII.

De justa compensatione.

DOCENT quoque, famulos, qui de mercede stipendii que conqueruntur, posse certis in occasionibus, tantum è bonis Dominorum usurpare, quantum arbitrantur necessarium esse, ut operæ & labori merces æqualis sit.

REFELLI-

quali licet usu contrario & desuetudine, tunc tenentur in Gallia abrogatæ essent.

Quod attinet ad Sacerdotum lapsus, castigabantur iniqui Canones illorum peccata, sed publicè non arcebant, sed ne Episcopis quidem ipsis peccata occultata verò peccata arbitrio & prudentia occultari permittentur: videri possunt auctoritates *can. 22. & 23. dist. 5.* Item *can. 10. & 22. dist. 82. de penitentia* Sacerdotum, qui fornicatione, aut libidine lapsi sunt: deinde Anton. Augustinum, qui multa ex penitentibus libris ad calcem sui compendii atrexit, deinde apud Morinum, qui eadem repetit, ad penitentiam publicorum delictorum poenæ præscribitur: si Ecclesia renovare velit prædictos Canones contra publicos Sacerdotum lapsus, Casuista hanc poenæ alientur; at propter occulta peccata ex solent, quæ nullam irregularitatem importat, alius ministerio ablegandos, & arcana illa veluti non divulganda esse non putant. Hæc sanè à meo accipi velim, ut flagitiis nonnullorum Sacerdotum minime patrocinentur, vel eorum mulierum approbent, qui sine vocatione legitima, quodam potius questus cupiditate, quam religionis studio ad Ordines protrudunt sese; non approbo etiam illorum Sacerdotum irreverentiam, qui cupido, quo scilicet lapsi sunt, etiam si nullum scandalum imminet, rem sacram faciunt; nullum novum Casuista, qui hoc approbet; dixi, modò nullum scandalum imminet; hæc enim ratio irreverentiam excusat, in hoc, ni fallor, prudentes & pii Confessarii dissent à Casuistis suo munere probe detingit.

Id porro, quod non nemo scripsit, optandam esse minimam opum Sacerdotum copiam, qui singulis diebus incruentum sacrificium Deo offerant; desiderandum, si fieri posset, ut bestie, & omnes creature in Sacerdotes converterentur, ut tantam gloriam creatori suo redderent; nihil absurdum, opinor, præsertim, est omnino desiderium; imò in Casuistis illorum puerorum, quod Sacerdotes solent rite, Ecclesiæ approbatione firmato, post Missam recitant, omnia Dei opera, atque adeo peccata bestie invitatur, ut benedicat Domino; nulli sane in his, nisi sanctum & pium perspicio; aliud demum, quod opponitur de duplicato stipendio pro una Missa, nequid in hac causa diffiniam, Resp. ex quovis ordine, quæ sæcularium, quæ regularium, 300. vel 400. ab hinc annis, nonnulli docui ille, sacrificium Missæ pro pluribus oblationibus illis prodesse, quantum si pro uno duntaxat offerretur; ex qua doctrina, nonnulli deduxerunt Sacerdotem egentem, pro pluribus idem sacrificium offerre posse, & multiplex stipendium accipere, quo suam tenuitatem sustentet. Hoc tamen committere à Theologis rejicitur, & usus illius opinio à Urbano VIII. singulari decreto prohibita fuit; quippe quæ fidei publicæ repugnet, & in scandalum multis: adde sis injustitiam, quando quædam, qui plura stipendia pro una Missa accipiunt, stipendium excederet; præterea cum ipsæ, de singulis Missis pactus est, igitur plures negotiationes contraxit; usus demum Ecclesiæ & communis fidelium sensus contrarius est; neque ubi darent stipendium, si scirent, te jam esse episcopum. Vide Gibalinum de Simonia, *quest. 18.* multos citat, scilicet Cordub. Suar. Angel. Mi-

Quod iusta compensatio in quibusdam casibus licita sit, nemo, opinor, inficiabitur; is enim, qui eam adhihet, non furatur, sed accipit, quod suum est; ita Navar. lib. 3. *confil. de locat. & conduct. conf. 1. num. 5.* Corduba in *sum. quest. 111. & l. 99. 35.* Petrus Navar. lib. 3. *de restit. cap. 1. num. 409.* S. Antonin. 2. p. tit. 1. cap. 15. Rupert. lib. 7. in *Gen. c. 39.* Tertul. lib. 4. *contra Marcion. cap. 24.* Insinuat sunt Hebraei, inquit, non ad fraudem, sed ad mercedis compensationem, quam aliter à dominatoribus exigere non poterant. Idem docet Abulen. S. August. lib. 22. *contra Faustum, cap. 71.* Tolerus lib. 5. c. 15. Laym. lib. 3. *tract. 3. p. 1. cap. 1. num. 7.* D. Thom. 2. 2. *quest. 65. art. 3. ad 3.* Abbas in *cap. sicut, num. 14. & 15. de iurejur. Adrian. in 4. de restit. quest. 1. ad 4.* Lopez part. 2. cap. 8. Medina c. *de restit. quest. 3. causa 12.* Sylvest. v. *furt. quest. 13.* Molin. *disp. 691. Less. lib. 2. cap. 12. dub. 10.* Lugo *disp. 16. f. 4.* Bunsenbaum lib. 3. *tract. 5. dub. 1. num. 3.* Dicastil. lib. 2. *tract. 2. disputat. 9. dub. 6.* Tamburin. lib. 8. *tract. 1. cap. 5.* Felinus de *simonia, Bonacina disp. 3. quest. 2. punct. 3.* Iason, Alexander, Paulus à Castro, Covarruvias à Causino citati, Tartaretus in 4. d. 15. *quest. 2.* Almainus *ibidem, Henricus de Gandavo quodlib. ultimo, Baillins pag. 467.* Navar. in *man. cap. 17. n. 112.* Comitiolus *resp. moral. lib. 3. quest. 39.* Diana part. 3. *tract. 5. misc. resol. 10.* Item 5. part. *tract. 13. resol. 79.* Item 7. part. *tract. 10. resol. 18.* qui citat Navar. Homobon. Fernand. Marchantium & alios, Trullenc. tom. 2. lib. 7. cap. 4. num. 5. Machado tom. 1. lib. 2. part. 3. *tract. 23. doc. 5. num. 9.* Marc. Serra 2. 2. *quest. 62. art. 8.* Joan. de la Cruz in *direct. p. 1. prac. 7. art. 8. dub. 1. concl. 3.* Lublin. v. *pecunia.* Lugo d. 16. f. 5. & 6. ubi citat Bann. Angel. Artagon. Bonacin. Bald. D. Antonin. 2. part. tit. 2. cap. 7. §. 3. alique communiter: negari ergo non potest, & nemo negat, iustam compensationem licitam esse, in quibusdam casibus; quam tamen Casuista nec promiscue omnibus, neque in quibuscumque casibus permittunt; sed desiderant certas circumstantias, quæ si adfuerint, illam communiter omnes improbant; ego cum his, quatuor adnoto & desidero: 1. volo, eum, qui compensatione utitur, certissimum esse, rem illam, quam usurpare vult, suam esse, ac sibi debitam. 2. omni spe careat, oportet, rem illam alia via, vel alio modo obtinendi. 3. compensationem in commodatis, vel mutuis, minus tolerandam esse, quia hæc fidelitatem maxime postulant; servi autem & procuratores non minus fidei, aut fidelitatis habere debent, quam depositarii, vel mutuarii; quam in rem videri potest Less. lib. 2. cap. 27. dub. 4. num. 16. 4. hæc opinio adhiberi potest ad iudicandum, utrum is, qui compensationem fecit, absolvendus sit in Sacramento Penitentiae, absque restitutione, non tamen ad persuadendam illam, antequam facta sit. 5. suppono scandalum abesse His circumstantiis rite servatis, nihil est in compensatione ita odiosum, nihil, quod iustis Heris scandalo esse possit, nihil quod doctrinæ Patrum non consentiat, præsertim si S. Ambrosium & S. Augustinum audias: primus enim lib. de *Tobia, cap. 15.* ait, usuram ex mutuo dato exigisse ad compensationem damni à mutuario illati: ab illo, inquit, *usuram exige, cui meritis nocere desideras; cui iure inferuntur arma, huic legitime indicantur, usura, &c.* Igitur alia etiam ratione compensatio fieri poterit; nec di-

cas, Ambrosium malè intelligi, quia in hoc sensu, & probandam compensationem, multi Theologi & Canonistæ relati à Barbosa in *can. 12. ab illo, quest. 14. num. 8.* prædicta Ambrosii verba accipiunt. Augustinus etiam *epist. 54. ad Macedon. judicatur, dicum & artificem sua mercede frustratos, compensatione uti posse, etiam in vitis debitoribus.* Non inquit, quidquid ab invito sumitur, iniuriose auferatur, plerique nec Medico volunt reddere honorem suum, ut vario mercedem, nec tamen hæc, qui ab invito accipiant, per injuriam accipiunt, quæ potius per injuriam non datur, sed, inquit, verbum sumitur, non significatur, quod furripitur: esto, modò invito altero, res illa matutur, accipiat, retineatur, ad compensationem citè reducitur; nec enim rem alienam invito domum sumere, accipere, retinere licet; cum igitur res illa accipi possit, etiam invito domino, à Medico scilicet & opifice sua mercede frustratis, quis non videt, fieri compensationem? & cum acceptio iniusta non sit, quis neget iustam esse compensationem? unicuique rationem sui neget, qui quis iustus habet ad aliquid, illi ipsum aliquo modo obtinere potest; nemo enim illud jus habet, quod obtentu impossibile est, sed pifex jus habet ad mercedem sui laboris, & alio modo obtinere nequit, quam per compensationem, igitur compensatione uti potest; nollent tamen Cæcitas ex eo corrumpere, quod famulus plus æquocedant, sed potius, quod forte optimatibus plures quo indulgeant; sed hæc chorda pullanda non est, quæ ingratum sonum redderet.

CAPUT XVIII.

De directione intentionis.

ITEM conciliant Evangelium cum depravatis locis legibus, in sumenda vindicta, quam bellè puliant, directione quadam intentionis, consulenti honori ac vitæ, non verò nocendi iis, nisi per accidens, à quibus aliquod damnum passi sunt.

VT hæc refellantur, unus Augustini locus et *epist. ad Macedonium* excerptus sufficeret, ubi hanc directionem intentionis probat, ut in quibusdam casibus, homicidium excuset: Cum bona ab homine occiditur, inquit, multum distat, utrum sit nocendi cupiditate, an ulciscendi, vel obediendi ratione; sicut à iudice, sicut à carnifice, an eruditione, vel subveniendi necessitate; sicut interimitur lævi & rariore, hostis à milite. Monet nos Augustinus, ut illius intentionem spectemus, qui alterum occidit, ut iudicemus, an homicidium illud peccatum sit; iudex, v. g. Reum morte condemnat, sententiam exequitur carnifex; si uterque ex motivo ultionis occidit, peccat; si ex iustitia, & boni publici zelo, ut est, si interfecti hominis uxor, petit à Iudice odio, ut homicida plectatur, haud dubie peccat; à vindicta Iudici relicta, jus suum dumtaxat protegitur, nullo modo peccat; unde quæso discrimen illud, nisi ex directione intentionis: mirum quantum ad rectè iudicandum de aliqua re gesta conferat, scire, quo animo, quo fine, qua intentione facta sit, sed hæc perspicua sunt & trita; bona intentio actionem ex se indifferentem honestat, mala verò inficit bonum.